

tionem ut redditis fuisset inhabilis ad longum iter arripie-

Indubitanter quia de hoc tempore absentia ex causa infirmitatis exercebatur cura per Vicarium Idoneum, & approbatum, nullumque damnium imminerebatur Gregi sibi commissio ob ejus absentiam, quod removee omne dubium Urbanus impetraverat a Sac. Congregatione Concilii Indul-

Nec ad repellendum Urbanum a Judiciis limine obijci valuit recursum ad Judices laicos, nam constat talem recursum ab ipso non fuisse habitum, sed a Procuratore de cuius speciali mandato non docetur, prout ad hunc effectum requiritur ex Rot. dec. 436. nu. 30. p. 2. rec. quodque magis est Urbanus statim ac talis recursum notitiam habuit et solemniter renunciavit expresse protestando le velle Sac. Rotae Judicium assequi, ut ad rem adverterit in d. decis. 436. n. 21. par. 4. tom. 2.

R. P. D. BENINCASA.

Calaguritana Fructuum.

Merc. 5. Decembr. 1691.

ARGUMENTUM

Canonicus habens cum dispensatione Apostolica dignitatem si recedat cum licentia a servicio ex causa litis promotae super dignitate lucratur nedum fructus ipsius dignitatis sed etiam Canonicatus ad ornatum Diss. XV. Card. de Luc. in Annot. ad Sac. Conc. Triad.

SUMMARIUM

- 1 Sententia injusta non transit in iudicium sed adversus illam datur restitutio in integrum.
2 Retinens duas Dignitates incompatibiles ex dispensatione Apostolica vel consuetudine residendo in exercitio unius satisficit utrique.
3 Et propterea si sit absens ex causa unius dignitatis lucratur fructus etiam alterius.
4 Canonicus absens cum licentia Superiorum et permansens in bona fide consequitur fructus canonicatus.
5 Rota solet reverenter amplecti resolutiones Sacrae Congregationis Concilii.
6 Lis super spolio non dicitur terminata donec non subsiquatur restitutio fructuum.
7 Ad effectum lucrandi fructus canonicatus tempore absentiae sufficit licentia Ordinarii cum causa.
8 Non dicitur justa causa absentiae ob litem quae gravis non sit et neque statum Personae vel Beneficii tangat.
9 Limitatur quoties litem agatur cum capitulo.
10 Cappellani Regis Catholici licet sint absentes lucrantur ex Indulto Apostolico fructus Canonicatus.
11 Privilegium non residendi a Pontifice concessum idem operatur ac si Canonicus actu resideret.
12 Adversus Privilegium Apostolicum clausula sublata munitionem et decreto irritanti dari non potest exceptio de non usu, vel de observantia in contrarium.

Statuta quae demandant renunciationem privilegiorum non residendi intelliguntur de Privilegiis gratulatis non onerosis.

DECISIO XXI.

Non consistere de re iudicata, sed potius de causis restitutionis in integrum, Rota hodie respondit cor. me ob injustitiam sententiarum, quae sicut impedit ne illa unquam transeant in iudicium, sic etiam viam aperit succumbenti, ut ipse in integrum restitutionem obtineat, ad Text. in c. inter ceteras 15. ibique Felin. de re iudic. Rot. cor. Arguelli. d. 43. n. 15. cor. bo. me. Card. Cerro dec. 97. n. 33.

Injustitia autem sententiarum, de quibus agitur clare deprehenditur, nam procedendo juxta methodum precedentis rei iudicatae, & cum distinctione fructuum, tam Archidiaconatus, quam Canonicatus ad quorum recuperationem Hieronymus agit adversus Capitulum colligens, injustitiam videbantur in ea parte, in qua non negatur illa restitutio fructuum Canonicatus, quem simul cum Archidiaconatu ex dispensatione Apostolica retinebat eo cum supposito, quod discesserit a residentia ex causa dumtaxat prosequendi iudicium pro reintegracione ad possessionem Archidiaconatus ideo que lis ad ejus titulum restricta praebere minime poterit justam causam lucrandi etiam fructus Canon., super quo nulla cadebat controversia.

Quoniam praemissio indubitato juris principio Dignitatem, & Canonicatum, five duo Beneficia alias incompatibilia ex dispensatione, vel consuetudine, cum naturaliter in utraque Sede residere non possit, virtualiter, & civiliter in una residendo satisficit utrique, Gemin. in c. non potest 6. illud n. 11. & Franch. n. 5. de Praebend. in 6. Felin. in c. At si Clerici 6. de Adulteriis sub n. 16. de Jud. Rot. dec. 703. n. 2. p. 4. rec. 10. 3. cor. san. me. Alex. VIII. decis. 58. n. 22. & 23. Profecto sequitur, dum Hieronymus iusta ex causa recedat a Sede Archidiaconali in qua tanquam digniori residere tenebatur ei minime opponi possit, quod exinde non residens in Canonicali eius fructus lucratus non fuerit. Impossibile namque erat, quod propter assiduitatem liti alioquin praestandam in remotis Partibus legitime adesse uti Archidiaconus, & ad huc deberet adesse pro servicio Ecclesiae tanquam Canonicus, ut in puncto consulti Navar. cons. 14. per tot. de Cler. non residet. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 25. nu. 45. Barbof. de Offic. & potest. Episc. alleg. 53. n. 127. & de Canon. c. 21. sub n. 19. vers. Et quod si ex dispensatione Rot. dec. 703. ex nu. 3. p. 4. rec. tom. 3. & cor. Merlin. dec. 1220. n. 3. 4.

Accedente potissimum ad hunc effectum non solum una, sed multiplici licentia per eundem, primo loco a Capitulo impetrata, deinde vero a Sac. Congr. Concilii per biennium duratura, & tandem a proprio Episcopo pro tempore indefinito, ex quibus omnibus potuit credere se fuisse legitime dispensatum etiam ratione tituli Canonici. In his enim circumstantiis plurimum attendi debet bona fides non Residentis, quando non deficit, ut in praesenti Superioris Indultum, vel dispensatio, quia ejusdem intuitu similis licentia requiritur tanquam radicata super bona obedientia, & ne dicatur Canonicus abesse in spem, & contemptum illius, ut notat Gloss. in d. c. Inter quatuor verba verb. sine justa causa, ibique Hostien. sub num. 2. de Cleric. non residet. prosequitur Navar. d. cons. 14. eod. tit. circa fin.

Quod optime agnoscens Sac. Congr. Concilii, dum ejus Oraculum exquisitum fuit Partibus utriusque Informantium, individuale hoc dubium resolvit affirmative, quod nimirum Hieronymo deberentur fructus, tam Archidiaconatus, quam Canonicatus pro tempore absentiae causa litem super solo Archidiaconatu. Huiusmodi autem resolutiones Rota reverenter amplecti solet, & cum eis se conformando propriam mutare sententiam, juxta firmata in Rom. Cappellan. apud Marbof. de commiss. f. 140. sub n. 1. & res. dec. 210. n. 2. p. 15. dec. 516. n. 24. & segg. p. 18. & dec. 335. n. 12. p. 19. rec.

Justitiam quoque apparuerunt sententiae praefatae in ea parte, in qua neglectis supra citatis Indul. Capitulum absolvit a restitutione perceptorum fructuum, postquam Hieron. recuperata actuali possessione Archidiacon. & residentia reasumpta iterum abesse coactus fuit pro defensione, seu prosecutione liti super fructibus, de quibus agitur, non enim deneganda quia erat restitutio illorum, dum ex Superioris permisso denud abesse poterat, ex proximie allegatis.

Nec quidquam afficit, quod Sac. Congregatio Concilii limit-

R. P. D. BENINCASA.

Calaguritana Fructuum.

Ven. 20. Junii 1692.

Approbantur superius decisa.

SUMMARIUM.

- 1 Canonicus ex justa causa dicitur absens si ob litem discesserit a residentia.
2 Et lucratur fructus Canonicatus tempore absentiae.
3 Et quatenus aliam quoque habere dignitatem licet super ista lis non sit, adhuc etiam fructus illius quoque consequitur.
4 Rota solet sequi resolutiones Sac. Congregationis Concilii, licet opus esset a propria sententia recedere.
5 Canonicus absens ex causa litis habet fructus Canonicatus licet lis non tangeret statum Personae vel Beneficii sed tamen ageretur eadem lis contra Capitulum.
6 Pro excusanda absentia Canonici sufficit bona fides.
7 Lis super spolio terminata non dicitur per solam recuperationem possessionis.

DECISIO XXII.

Juxta Decisionem aliam editam cor. me sub die 5. Decembris praeteritum solutum iterum fuit Hieronymus restituendum esse in integrum, adversus sententiam contra illum prolatam, cum non potuerit privari fructibus Canonicatus, & Archidiaconatus, quos possidebat pro tempore, quo absens fuit a servicio Ecclesiae, dum lis quandiu subsisteret justam causam ei praebuit Absentiae, Anchor. conf. 17. n. 2. & segg. Clarin. contrav. 227. n. 13. & segg. Rota cor. Ubal. dec. 288. n. 1. Buratt. dec. 692. nu. 5. ibique Adden. num. 11.

Et quamvis super solo Archidiaconatus lis agitata fuerit, non exinde inferri tamen potest, quod universi Beneficii fructus debiti illi non sint, quia cum ex dispensatione Apostolica Hieronymus Archidiaconatum simul, & Canonicatum retinere, sicut residendo in Archidiaconatu Canonicatus fructus lucrari poterat, Franc. in cap. non pot. 6. illud enim tit. de praebend. in 6. Rota decis. 703. n. 2. part. 4. tom. 3. recent. & coram Merlin. decis. 122. nu. 2. sic dispensatus a residentia occasione litis super altero illorum ab utriusque servicio dispensatus intelligitur, itaut omnium fructus legitime consequi debeat, cum dari non possit, quod tanquam Archidiaconus abesse poterit, & praesentiam praestare teneatur tanquam Canonicus juxta conf. Navar. 14. per tot. de Cleric. non residet. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 57. num. 45. Rot. cor. san. mem. Alexand. VIII. dec. 58. num. 22. cum aliis allegatis in dec. quae revidetur 5. Quoniam.

Quam opinionem facillius DD. amplexi sunt, quia consonat etiam resolutioni Sacrae Congregationis Concilii, quae super hoc dubio Consulta respondit Hieronymo tanquam legitime absenti debitos esse fructus utriusque Beneficii, cujus rescipita a nostro Tribunali reverenter amplecti solent, etiam ubi a propria sententia opus esset recedere, ut apud Marches. in una Romana Cappellaniae fol. 140. & alibi passim.

Multo minus denegandi erant Hieronymo fructus pro tempore quo terminata lite super Archidiaconatu iterum a residentia abfuit ad effectum illum prosequendi pro consecutione fructuum controverforum, quia licet non ageretur tunc de lite tangente statum personae, vel Beneficii, adhuc tamen satis erat ad excludendum illum a residentia, dum agebatur contra Capitulum quod alias ex propria contumacia cum iactura alterius dicitur possit, ut in his terminis tenuit Rota coram Pat. dec. 372. in fine n. 1. & coram Coccin. dec. 21. in fine cum aliis relatis per Adden. ad Buratt. decis. 694. num. 11.

Et omnia, & singula supra deducta, eo fortius procedere visa sunt, quia Hieronymus pro sui absentia licentiam impetravit, non solum a proprio Ordinario, fed etiam a Sacra

limitate indultum concesserit usque ad terminationem litis, & ea jam diu terminata fuerit per relaxationem executorialium Rotalium, archidionem Capituli, possessionem desuper acquisitam Archidiaconatus, & residentiam successivè factam, Quia revera dici nequit finita lis agendo maxime in Iudicio Spolio per simplicem ademptionem recuperatae possessionis, quousque ulterius non subsiquatur restitutio fructuum, qui veniunt in sequelam, & sunt effectus ejusdem reintegracionis, cap. gravis de restit. spoliat. Menoch. in praesud. de recuper. poss. n. 6. Rota apud Posth. de manus. dec. 17. n. 2. & cor. Duran. Jun. dec. 924. n. 1. & segg. fortius quia idem Hieronymus ad cautelam, & iura iuribus addendo imprecavit quoque licentiam ab Ordinario, ut dictum est pro tempore indefinito, quae sola sufficit juncta causa Gloss. in d. c. relatum verb. Praelatorum de Cleric. non residet. & ibi Abb. mun. 4. Clarin. contrav. 226. n. 3. & segg. Rota dec. 1. n. 3. p. 4. rec. tom. 2. & cor. Ubal. Sen. dec. 288. n. 1.

Parum relevante, quod absentiae causa non esset iusta, cum ageretur de lite gratiae quae tangeret statum Personae vel Beneficii, ad tradita per Archid. in cap. licet causam sub num. 7. de elect. & advertit Rot. dec. 288. n. 2. cor. Ubal. Sen. quia specialis est in his terminis, quod lis cum Capitulo a residentia excuset, Hieronymus non sit super titulo Beneficii, sed super consecutione fructuum, ea ratione, quod alias illud ex propria contumacia posset lucrum captare, ut limitando contrarias auctoritates probat de Marin. res. 40. n. 13. lib. 1. Rota cor. Seraph. dec. 594. n. 11.

Ceterum, haec omnia videbantur DD. non seorsim, & de se per se, sed simul juncta consideranda, advertentes insuper, quod favore Hieronymi, tanquam unicus ex Cappellanis honoris Catholicae Majestatis militans etiam duo Privilegia, seu Indulta a sel. record. Gregorio XV. a san. mem. Innocentio XI. Regi Hispaniarum concessa, quod nimirum praefati fructus Cappellani possint quoque in absentia lucrari fructus Canonicatum, & similibus Beneficiorum residentiam requirentium. Privilegium enim non residendi a Pontifice concessum idem operatur, ac si Canonicus actu resideret, Lotther. de re benef. lib. 3. q. 27. num. 198. de Marin. d. resolut. 40. num. 13. Barbof. de Canon. & Dignit. c. 24. n. 13. Rota cor. Duran. dec. 44. ferè per tot.

Nullatenus refragat quod adversus Breve Gregorii XV. supplicaverit mediante Primate Toletana omnes Hispaniarum Cathedralis, earumque supplicatio per Regem admittita fuerit. Nam quidvis sit de hoc, non exinde concludi valeat illius inobservantiam, cum in eo per ejusdem usum dentur quampures actus convenientes omnimodam irrelevantiam obiecti, quia non solum ab antiquo nempe de anno 1645. Fidei Regiae Cappellae de ordine Regio coram Nuncio institit, ac decreto obtinuit pro illius executione, sed recentiori ejusdem vigore Supremum Consilium Italiae mandavit expediri provisionem pro simili Cappellano ut ipsi responderetur de fructibus Canonicatus Ecclesiae Melanen. Camque ex post superveniret Breve san. me. Innocentii XV. quod primum nedum confirmat, verum etiam extendit ad triginta Capellanos honoris Regiae Mattis, & utrumque munitioni sit clausula sublata, & decreto irritanti: id utique superabundans, ne dari unquam possit de non usu illorum, vel de observantia in contrarium, Grat. discept. 13. 559. n. 3. Ciriac. contrav. 202. Rot. dec. 16. nu. 17. & dec. 31. n. 2. par. 7. & cor. Card. Cels. dec. 200. n. 6.

Nec magis afficit, quod Hieronymus in actu adeptae possessionis Archidiaconatus, & Canonicatus juramentum emisisset de observando particulare Statutum Ecclesiae Calaguritanae, in quo similibus Privilegiorum renunciatio explicitè demandatur; Tum quia in praefatis Indultis litteraliter derogatur huiusmodi etiam statutis, vel consuetudinibus, quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet alia firmitate roboratis; Tum quia familia statuta intelligenda sunt de Privilegiis merè gratiosis, non de onerosis, & mixtis, qualia sunt controverfa, uti elargita intuitu personalis servitii Majestatis Regiae praestandi a praenominatis Cappellanis, ideoque ad illorum abrogationem, seu renunciationem omnino opus erat, quod de eisdem fieri mentio specifica, & individualis, quae profors deficit in hoc casu, prout in similibus probat Card. conf. 147. n. 3. & per tot. Marelicott. var. resolut. lib. 2. qu. 8. num. 26. Rota cor. Rembold. dec. 265. sub n. 8. 9.

Et ita utraque &c.

Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.



Congregat. Concilii ex quibus saltem constitutus fuit in bona fide, que suffragari ei semper debet ad excusandam propriam absentiam, ut tradit Olfen. c. inter quatuor vers. sine justa causa nu. 2. de Cleric. non residen. Non relevante, quod licentia à Sacra Congregat. obtenta restricta solum fuerit ad tempora duraturæ litis, unde expressè videatur statim, ac possessio Archidiaconatus recuperata est, quia revera dum agitur Judicio spoliis terminata dici non potest per solum recuperationem possessionis, Menoch. in practud. de recuper. posses. n. 6. Rot. cor. Duraz. dec. 924. n. 1. & apud Poth. de manut. dec. 17. n. 2. Et ita altera tantum Parte &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calaguritana Fructuum.

Merc. 1. Julii 1639.

ARGUMENTUM.

Laudantur ea que in duabus præcedentibus decisionibus notantur.

SUMMARIUM.

- 1. Is que respicit titulum Beneficii præbet justam causam percipiendi fructus licet provisorius non residat.
2. Habens Canoniciatum & Archidiaconatum præstans servitium pro uno, pro altero quoque satisfacere censetur.
3. Et si pro uno habuerit justam causam non residendi pro utraque dicendum est legitime abfuisse.
4. Redditur ratio.
5. Judices & partes debent sensui Sacre Congregationis Concilii se uniformare.
6. Quis non dicitur plenarie reintegratus nisi ei fructus fuerint restituti.
7. Absens ob culpam Capituli lucratur fructus ne Capitulum ex propria culpa lucrum consequatur &c. n. 8.
9. Canonici si recedat à residentia cum licentia ordinarii licet minus legitimam habuerit causam lucratur fructus Canoniciatus.
10. Absens cum privilegio Apostolico habetur ac si actualiter resideret.
11. Omnes leges, ordinationes, & declarationes debent inservere pro casibus futuris non pro præteritis.

DECISIO XXIII.

Sententiam R. P. D. mei Benincasæ concedentem restitutionem in integrum Archidiacono Urvitigoito adversus tres conformes hodie DD. confirmaverunt pro illius iustitia, que tantum exadverso impugnabatur fundamentum decisionum, que de more præcesserant, quibus firmatum fuerat, non minus fructus Archidiaconatus, quam Canoniciatus quos insimul Urvitigoitus ex dispensatione Apostolica in eadem Ecclesia retinebat esse eidem restituendos, quia cum lis, propter quam se absentavit respiceret titulum ipsius Archidiaconatus, justam præbuit causam percipiendi fructus etiam non residenti per Text. in c. relata. ibique Gloss. verb. Prælatorum, & Abb. in 4. notab. de Cleric. non residen. Barbof. de offi. & potest. Episcop. p. 2. allegat. 52. h. 163. Ciarlin. controver. 227. nu. 3. Rota coram Pampul. decif. 726. num. 1. cum seqq. ibique Adden. num. 7. Ubal. dec. 288. n. 1. & in rec. dec. 1. n. 3. par. 4. tom. 2.

Nec tales fructus scindi possunt, ut scilicet percipiendi essent tantum illi provenientes ex Archidiaconatu, non verò ex Canoniciatu, cum lis solummodò respiceret titulum Archidiaconatus, & consequenter Urvitigoitus ad illum commodum dumtaxat haberi poterat pro prægente tantquam legitime impeditus.

Hinc enim objecto plenè satisfaciunt decisiones R. P. D. mei Benincasæ, in quibus consideratur, quod sicuti obtinens ex dispensatione Apostolica, vel consuetudine, duo Beneficia alias incompatibilia, cum dari non possit ubi-cativa reduplicatio personarum, cum dari non possit ubi-cativum pro uno, pro altero quoque satisfacere censetur ad notata per Gemin. in cap. non potest §. illud num. 11. ibique

Franch. num. 6. de præbend. & dixit Rota cor. Merlin. dec. 122. n. 3. cum seqq. & Alexand. dec. 58. n. 22. & seqq. in rec. decif. 203. n. 1. 2. par. 4. tom. 3. ita ut si pro uno habuit justam causam abfessendi pro utroque dicendum est legitime abfuisse, ut notat Navarr. q. 14. de Cleric. non residen. cum aliis cumulatis in præcedentibus decisionibus hujus Cause, cum nemo naturaliter possit unico contextu duobus locis interesse, & eodem tempore in eadem Ecclesia adesse, & abesse, ut ponderat Rota decif. 64. n. 4. par. 2. & dicta dec. 703. num. par. 4. tom. 3. recent. quæ ratio æquior videtur, ideoque si Ecclesia cum eis benigne dispensat, & contentatur unico servitio pro duobus beneficiis personalem residentiam requirentibus, ita Capitulum non debet modò prætere quod duo præstentur, & quidem impossibilia, unum scilicet abfessendo propter utilitatem Archidiaconatus, alterum verò interessendo propter Canoniciatum, quod certe sequi non potest, sine maximo alterius recedere potest, si ab eo detineri deberet.

Et hanc veritatem agnovit etiam Sacra Congreg. Concilii, quando præcedenter prorogata ad biennium licentia à Capitulo concessa, Partibus hinc inde informantibus, successivè decrevit Archidiacono deberi fructus utriusque Beneficii, & cum illius resolutiones ab omnibus reverenter suscipiendæ sint non est amplius dubitandum, quin Archidiacono debeantur fructus tam pro una, quam pro altera dignitate, cum Capitulum, & Judex debeat sensui Sac. Congreg. se uniformare, Rot. cor. Merlin. decif. 825. num. & in Calaguritana Præminentiarum 1. Martii 1668. cor. R. P. D. Ottolara.

Neque ab his Capitulum dissentire videbatur, dum se offerbat paratum restituere omnes fructus, sed solummodo illos restringebat ad tempus, quo lis duravit super titulo Archidiaconali, hoc est durantibus licentiis ab eodem Capitulo, & à Sacra Congregatione concessis, ideoque præterebat pro residuo temporis, quo lis versata fuit super fructibus Archidiaconatus, licentiam ab ordinario obtentam Urvitigoito suffragari non posse, cum hæc lis non posset præbere justam causam lucrandi fructus de tempore absentia.

Hoc obiectum fuit inefficax, quia lis ulque ab initio fuit super titulo Archidiaconatus, & talis controversia præbuit justam causam abfessendi, prout etiam exadverso admittitur, si verò ex contumacia non solum alterius colligantis, sed magis urget ex facto ipsius Capituli, quod recusavit tradere illos fructus ad quorum restitutionem condemnatum fuit, prout in decisionibus, & cum alias fructus hoc medio tempore perciperet Archidiaconus, coactus fuit implorare Judicis auctoritatem ad effectum illos consequendi, cum isti veniant ad sequelam principalis Judicii, dicendum est, quod una, & eadem sit causa quodque ita sit præcedentis continuatio, cum dici nequeat Archidiaconus plenarie reintegratus ad titulum Beneficii, nisi etiam illius fructus fuerint restituti, Rota apud Poth. de manut. dec. 17. dec. 44. num. 3. p. 4. tom. 1. & dec. 69. n. 7. in rec. dec. 44. num. 3. cum seqq. & cor. Cerro & in recent. par. 4. & decif. 524. num. 5. par. 4. tom. 1. & decif. 324. num. 5. par. 16. & comprobatur prima decisio R. P. D. mei Benincasæ §. Nec quaquam, & tanto magis ne Capitulum quod impediendum præstitit ex propria culpa lucrum consequatur, de Marin. quotid. resol. lib. 1. resol. 4. n. 13. Pignat. consulti. 36. sub n. 6. vers. etiam to. 3. Rot. cor. Seraph. dec. 1098. n. 5. & 8. dec. 1131. nu. 7. & proinde Archidiaconus impeditus recedere ex facto Capituli debet fructus lucrari ex tradit. per Grat. c. 191. n. 41. Adden. ad Gregor. dec. 154. n. 8. sub n. 10. in fine, & dec. 726. nu. 7. Rota cor. Coccin. dec. 21. n. 1. & seqq. & Rembold. dec. 132. n. 5. 6. dec. 117. n. 19. p. 15.

Denum pro lucrando controversis fructibus suffragari potuit bona fides Archidiaconi, quia si illos legitime percipere potuit durante licentia Capituli, & Sac. Congreg. ita credit illi justè percipi posse ex licentia Ordinarii in contradictorio Judicio confirmato à Metropolitanò, & successivè à Nuncio Hispaniarum quia sive hæc esset nova concessio, sive potius præcedentium prorogatio, cum adhuc dicitur; etiam quod fructus continuata eadem causa, in isto casu ceteri non possent Archidiaconum abfuisse in spectum, & contemptum superioris, & sic illius bona fides sufficiens fuit ad illum excusandum, etiam si adfuisse causa minus legitima, juxta doctrinam Hofien. in cap. inter 9

quatuor

quatuor, vers. sine justa causa nu. 2. de cleric. non residen. & firmat Navarr. c. cons. 54. eodem tit. circa finem.

Verum quod omnem ex animo DD. subfultit difficultatem fuit indultum à sel. record. Gregorii XV. concessum Cappellani honoris Catholica Majestatis, & deinde à san. mem. Innocentio XI. renovatum, quo illis non residenti imparritur facultas percipiendi fructus ex illis beneficiis quæ personale servitium exigent, quæ propter di. fuit Archidiacono tales fructus pertinere debere, vel ex licentia abfessendi, vel ex privilegio, quod competit tanquam uni ex dd. Cappellanis, cum illius vigore habeatur, ac si actualiter resideret ex traditis per Lotber. de re benef. lib. 3. quest. 23. numer. 198. & Rot. in Barbafr. Canoniciatus coram Duraz. impressa apud de Marin. d. resol. 4. num. 16. cum seqq.

Neque vim hujus Indulti adimere potuit Epistola modò exhibita ipsius Regis Catholici declarantis ad preces omnium Cathedralium Regni Hispaniarum nolle uti amplius dicto privilegio, ne illa spoliata remaneret diurno suorum Beneficiorum servitio, quia si pietas voluit consulere Ecclesiarum indemitatis, dicendum tamen non est voluisse præjudicare illis Cappellanis, qui freti tali privilegio, & bona fide inferendū fecerunt fructus suos, atque idè secundum communem intellectum omnium legum ista quoque venit interpretanda, ut scilicet solummodo deservire debeat imposterum, & pro casibus futuris ad text. in cap. final. de consili. Menoch. cons. 498. num. 18. Rot. coram Seraph. decif. 101. num. 2. & in recent. decif. 10. num. 1. cum seqq. par. 13. Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calaguritana Fructuum.

Lun. 8. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Est Decisio alterius præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

- 1. Dispensatus à residentia propter causam liti motam super dignitate retenta censetur fructus dispensatus à residentia alterius Præbendæ si hanc quoque detineat & nun. 3.
2. Habens dignitatem cum Canoniciatu residendo in sede digniori satisfacere videtur utriusque obligationi & consequitur fructus tam dignitatis, quam Canoniciatus.
4. Legitime dispensatus, & justo impedimento detentus etiam in absentia resideri dicitur.
5. Canonici absens propter litem motam super dignitate quam una cum Canoniciatu detinet percipit fructus ne dum ipsius dignitatis sed etiam Canoniciatus.
6. Præsertim si liti acta fuerit cum Capitulo.
7. Contra Indultum munitionis clausula sublata, & decreto irritanti allegari non potest inobstantia.
8. Canonici absens in suo privilegio consequitur fructus Canoniciatus ac si resideret.
9. Sola credulitas & bona fides est sufficiens ut Canonici ex causa absentia non amittat fructus Canoniciatus.

DECISIO XXIV.

Decisio edita coram me sub die prima Julii proxime præteriti ex geminis fundamentis, quibus illa innitebatur hodie etiam apud DD. confirmationem obtinuit. Primum enim ex eo desumptum, quod Urvitigoitus accedente legitima dispensatione, & subsequito justo impedimento, poterit lucrari fructus utriusque Præbendæ, adhuc subsistendi visum fuit; ille enim obtinens ex Indulto Apostolico duas Præbendas in eadem Ecclesia, prævia licentia Capituli prorogata etiam à Sac. Congregatione Concilii ad biennium fuerat à residentia legitime dispensatus, ob litem motam super titulo Archidiaconatus, & proinde sicut fuit habitatus respectu alterius, Decif. ad Theatr. de Luca. Pol. II.

redderetur impossibile, eodem contextu in duobus locis ubicativè interesse, ut ultra auctores in alia præcedenti decisione allegatos, notat Monet. de distrib. p. 2. qu. ... sub num. 95.

Quod sanè confirmari visum fuit, ex eo quod sicuti habens Dignitatem cum Canoniciatu, residendo in sede digniori, satisfacere videtur utriusque obligationi, & consequitur fructus tam Dignitatis, quam Canoniciatus per Garz. de benef. part. 11. cap. 5. num. 3. cum seq. Tondut. resol. benef. cap. 27. numer. 25. Barbof. de Canon. cap. 18. num. 21. & seqq. Amoitaz. de caus. p. 11. lib. 5. sub num. 25. ita quoque Urvitigoitus dispensatur à residentia Canoniciatus, cum eodem tempore non possit in eadem Ecclesia adesse, & abesse, ut comprobant auctoritates in alia decisione allegatæ.

Nec dicitur, quod præmissa forsitan urgere possent si Archidiaconus actualè servitium præstans in Ecclesia fuerit resideret in Sua Sede Archidiaconali, quia tunc videtur quodammodo virtualiter intersere etiam in altera Sede Canonicali, secus tamen dicendum fit in casu absentia, in quo cum nullum servitium præstet favore Ecclesie non debet proinde fieri illatio à casu residentia, ad casum absentia, quia pro remotione hujus obfessit apud DD. prævaluit responso, quod iusta causa abfessendi per Capitulum quoque comprobata in Archidiacono, operatur, ut ille ita legitime dispensatus, & justo impedimento detentus etiam in absentia resideret ad Text. express. in cap. ex parte il. 2. de Cleric. non residen. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 27. n. 130. Rot. cor. Seraph. dec. 662. n. 2. Ideoque sicuti respectu Archidiaconatus Urvitigoito præsentia inducta ex operatione, & ministerio legis, ita hæc legalis præsentia inducta suffragari debet quoad Præbendam Canoniciatus, ut in similibus firmant Cereper. lucubr. Canon. lib. 2. nu. 162. Capon. discept. forens. cap. 124. n. 128. Bonac. de hor. Canon. discept. 2. q. 5. punct. 3. §. 5. n. 4. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 6. nu. 264. Monet. de distribut. p. 2. q. 10. n. 89.

Quæ profectò urgentiora videntur, quia Capitulum impugnavit Archidiacono, ne fructus sui Archidiaconatus consequeretur, idè coactus in sequelam prioris iudicii litem prosequi pro illorum recuperatione retentus fuit in Curia, quousque controversiam terminaret, quo fit, ut illi legitime impedito debeatur fructus utriusque Præbendæ, ac si personaliter resideret, ne Capitulum, quod abique iusta causa impedimentum præstitit, illos lucratur in damnum, & præjudicium Archidiaconi ex facto ipsiusmet Capituli non resideret valentis, Gonzal. ad reg. Cap. cell. §. 7. proem. sub num. 161. vers. & hæc quinta Gratian. cap. 59. n. 42. Adden. ad Barati. dec. 694. nu. 11. vers. hoc tamen fallit, Rota cor. Bur. dec. 373. in fine lib. 1. & Coccin. dec. 21. n. final.

Majoris ponderis recognovit fuit alterum fundamentum, quod omnem removebat difficultatem, desumptum ex privilegio concessio per san. mem. Gregorium XV. Cappellani honoris Catholica Majestatis, qui illius vigore etiam absentes lucrari possunt fructus suorum Beneficiorum personalem residentiam requirentium, non obstante illius non usu, quia cum tale Indultum munitionis fuerit clausula sublata, & decreto irritanti, & successivè renovatum à rec. mem. Innocentio XI. imò etiam ampliatum ad Cappellanos honoris Regine Matris, allegari non potest illius inobstantia, Rot. cor. Celfo dec. 200. n. 6. & recent. decif. 31. num. 2. p. 7. Quo fit ut illud omnino optulari debeat Urvitigoito talem qualitatem habenti, ut absens etiam lucrari possit fructus utriusque Præbendæ, ut in similibus probant Tondut. quest. benef. par. 1. cap. 102. nu. 25. Adden. ad Joan. de Silv. de Benef. par. 4. quæ 6. nu. 1. & Boer. decif. 17. num. 12. cum seq. & interterminis de Luca ad Grat. cap. 283. n. 11.

Neque privilegium hujus Indulti, quoad Urvitigoito sublaturum fuit ex sublequata declaratione ipsius Regis, quia licet iste, ne Ecclesie defraudate remaneret diurno suorum Beneficiorum servitio nolverit uti tali Indulto, hæc tamen declaratio censetur tantum voluisse occurrere casibus ex post supervenientibus, ideoque non præjudicat Archidiacono, qui cum ratione talis Privilegii tunc temporis non suspensi necesse declarat probabiliter crederet posse lucrari fructus etiam non interessendo, ista probabilis credulitas, & bona fides sufficere videtur, ne ille debeat esse in damno amittendi fructus sui Beneficii juxta notata per Hofien. in cap. inter quatuor, vers. sine

Ala 4

justa



iusa causa num. 2. de Cleric. non resident. Navar. d. conf. 14. cod. tit. circa finem. Et ita omisso reliquorum examine, ad quae DD. approbative se retulerunt decisum fuit, altera tantum Parte audita, Capitulo tamen, sed frustra, dilationem petente.

R. P. D. M U T O.

Calaguritana Fructuum.

Lun. 21. Februarii 1695.

Pro Argumento est recurrendum ad Decis. XXI. cum in hac Decisione eadem quae ibi firmantur tradita sint.

S U M M A R I U M.

- 1 Sententia quae alia continet quae non habentur in precedentiibus in quod concordat dicitur conformis.
2 Contentus absens cum licentia lucratur fructus.
3 Litis super reintegracione non dicitur terminata nisi fructus quoque fuerint restituti.
4 Litis quae pendet cum Capitulo reputatur sufficiens ut Canonici recedat a residentia ad effectum se defendendi & licet non sit super statu Personae vel Canoniciatus adhuc lucratur fructus.
5 Absens cum privilegio habetur ac si resideret.
6 Statuta quae mandant renunciationem Privilegiorum non residentibus, non comprehendunt Privilegia ex causa onerosa obtenta.
7 Canonici habens dignitatem residendo in loco digniori consequitur fructus etiam Canoniciatus.
8 Et si dispensatus a residentia ex causa litis super dignitate lucratur fructus utriusque Praebendae.

D E C I S I O XXV.

Permutavit de anno 1662. Hieronymus Urvingoiti dignitatem Archidiaconalem de Barbariego nuncupatam quam in Cathedrali Ecclesia possidebat cum quatuor beneficiis simplicibus detentis per Franciscum eius fratrem sed comperio, quod unum ex illis erat litigiosum, & aliud alteri spectans, obtinuit Hieronymus praevius favorabilis sententia, ac executorialibus Rotalibus, reintegracionem ad possessionem suae dignitatis, & renitente Capitulo eidem restituere fructus Archidiaconatus & Canoniciatus, quo infimul, ex dispensatione Apostolica retinebat hoc medio tempore perceptos pro illorum restitutione, sententiam ab Hispaniarum Nuncio, ac geminas in Tribunali nostro cor. bon. mem. Benincasa, & R. P. D. meo Priolo, praevius pluribus decisionibus latas reportavit, a quibus iterum provocante Capitulo, & delegata mihi contentione per Signatorem Iustitiae cum clausula confiso de tribus conformibus, dedi hodie consuetum dubium, & DD. constare de tribus conformibus iuxta modum, ut infra subnectendum responderunt.

Conformitas enim cateroquin resultans ex dd. sententiarum lectura, perperam oppugnata fuit ex eo, quod geminae sententiae Tribunalis nostri discordant a prima Nuncii, nam licet ista fructuum nuncupata, di massa grossa, mandet quoque restitui distributiones quotidianas, quam sententiae partem iudicialia roalia non confirmant, non inde tamen conformitas excluditur cum in reliquis bene conveniant, quod sufficit ad conformitatem inducendum iuxta Text. in leg. diem proferre §. si plures ff. de receptis arbitris Seacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. limit. 1. qu. 17. num. 32. Rota inter divers. decis. 241. num. 4. par. 1. & post secundum vol. consil. Farinac. decis. 328. num. 1. & in Bononiensi. Evulsionis 26. Junii 1693. §. Partium relevante cor. R. P. D. meo Priolo.

Signanter cum earundem sententiarum validitas non controversatur, & iustitia sit patens ex decisionibus Rotalibus dd. sententias bon. mem. Benincasa, & R. P. D. mei Prioli praecedentibus. Procedendo namque cum distinctione temporum in unoquoque ipsorum fructus Hieronymo debiti videntur; Porro quoad primum tempus inceptum ab anno 1661. praesenti consensu permutacioni Ar-

chidiaconatus favore Francisci fratris usque ad annum 1665. captae ab ipso possessionis, cum duobus sequentibus, qui vocantur de post mortem, nulla emergit inter partes controversia super Iustitia Iudicii Rotalis, cum illud a Capitulo explicitè approbatur.

Respectu vero tam secundi temporis ab anno 1667. ad mensiem Novemb. 1671. readeptae per Hieronymum possessionis Archidiaconatus post declaratum d. permutacionis nullitatem, quam tertii ab anno 1672. impostum quo prosequutus fuit hanc litem super fructibus, nec praerecensentiarum sententiarum Iustitia obumbrati valuit, tum ex eo quod Hieronymus pro maiori temporis parte abfuit a residentia cum debita licentia primitus a Capitulo, deinde a Sac. Congregat. Concilii, & postremò ab Ordinario concessa; Quin urgeat, quod circa ultimum usque ad terminationem litis, quae per relaxationem executorialium, & reacceptam Archidiaconatus possessionem terminaverit, aut saltem non concurrat legitima causa, cum lis non sit super titulo beneficii, sed super fructibus: quandoquidem per simplicem adeptionem possessionis lis finita non dicitur quouique non sequatur plenaria fructuum restitutio, qui veniunt in sequela, atque sunt effectus reintegracionis, ut observant decisiones huius causae cor. bon. mem. Benincasa, & Rev. P. D. meo Priolo, & lis etiam super fructibus contra Capitulum sufficiens reputatur concessione huiusmodi licentiae, ut limitando contrarias auctoritates probat de Marinis resol. 40. nu. 13. lib. 1. Adde. ad Buratt. dec. 694. nu. 11. Rota cor. Scraphin. dec. 594. pariter nu. 11. & cor. Coccin. dec. 21. nu. final.

Tum ex quo Hieronymus erat Cappellanus Honoris Catholicae Majestatis, ex qua de causa pro toto tempore quo Regiae Cappellae interfuit, lucratus fuit fructus Archidiaconatus, & Canoniciatus, etiam non residendo vigore privilegiorum fel. record. Gregorii XV. ac fan. me. Innocentii XI. Regi Hispaniarum concessorum, quo idem operantur, ac si beneficiatus actu residet ex firmatis per Barbof. de Canon. & dignit. c. 24. n. 13. Rota cor. Duran. dec. 44. fere per tot. Nullatenus obstitente praeposta inobservantia prioris Brevis fan. mem. Gregorii XV. dum illa removetur ex subsecuto fan. mem. Innocentii XI. ut plenè adyertitur in praecedentibus decisionibus, ut insuper reijcti fuerint articuli, in quibus contraria observantia probari instabatur tamquam proflus irrelevantis, ut in decisioe R. P. D. mei Prioli super articulis 10. Martii superioris anni; Prout nec urget quod Hieronymus in actu adeptae possessionis Archidiaconatus, & Canoniciatus iuramentum emisit de observando particulare statutum istius Ecclesiae in quo similibus privilegiorum renunciatio demandatur; nam in memoratis Indulis fuit explicita derogatio omnibus, & singulis statutis, & consuetudinibus quantumvis iuramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet alia firmitate roboratis, & similia statuta intelligi debent de privilegiis merè gratuitis, non autem, ut hic, onerosis, & mixtis, utpotè clarigis intuitu personalis servitii Regiae Majestati praesitii pro quorum renunciatioe non generica, ut hic, mentio satisfuit, sed specialis fieri debebat ex adductis per Rot. cor. Rembold. dec. 365. n. 8. & 9.

Minus refragante repetita exceptioe quod licentia abfendi suffragare non potuerit etiam pro Canoniciatu a praebenda Archidiaconi distincto, & super quo nulla cadebat lis, sed tantum super Archidiaconatu, animadvertentem siquidem DD. quod sicuti Hieronymus residendo in Archidiaconatu, fructus Canoniciatus lucrari potuisset ad notata per Francum in c. non potest §. Illud enim de praebend. in 6. Rot. in recent. decis. 703. numer. 2. part. 4. tom. 3. & coram Merlin. decis. 122. num. 2. sic dispensatus a residentia occasione litis super altero illorum ab utriusque servitio dispensatus intelligitur, ut omnium fructus legitime consequi valeat, cum impossibile sit propter assistentiam liti alioquin praestanda in remotis partibus legitime abfuerit uti Archidiaconus, & adhuc debuerit adesse pro servitio Ecclesiae tamquam Canonici iuxta opinionem originariam a Navarrio in consil. 14. per tot. de Cleric. non resident. quam sequuntur & exornant Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 8. num. 45. Rota in recent. decis. 703. ex numer. 3. part. 4. tom. 3. coram Merlin. decis. 1220. numer. 3. & 4. & coram fan. mem. Alexandro VIII. decis. 58. numer. 22. cum sequentibus, & amplexa fuit Sac. Congreg. Concilii in hac eadem Causa, ut propterea contrariae auctoritates, & ratio-

cinia iterum repetita tanquam adversantia sententiae Tribunalis nostrae, & Sacrae Congregationis animadversioem non meretur.

Consuetum tamen DD. non esse restituendos fructus pro eo tempore, quod defecit debita licentia, & Hieronymus actu non interfuit Regiae Cappellae, dum eo tantum casu suffragari recessit indulta pro lucrands absentiae fructibus auctorarunt.

Et ita in hunc modum omisis aliis levioris ponderis, ut in praeteritis decisionibus sublati, ad quas DD. se remissive habuerunt responsum fuit partibus auditis &c.

R. P. D. M U T O.

Calaguritana Fructuum.

Ven. 27. Februarii 1696.

A R G U M E N T U M.

Petrastratur de eadem materia aliarum Decisionum superius adnotatarum.

S U M M A R I U M.

- 1 Litis super reintegracione extincta dicitur nisi prius fuerint quoque restituti fructus & n. 8.
2 Permutatio seu resignatio nulla, habetur ac si unquam facta fuisset.
3 Absens cum privilegio consequitur fructus Praebendae ac si resideret.
4 Etiam si petierit licentiam cum ex finali petitione non censetur per adjudicatum Privilegio.
5 Tempus Indultis non residendi ex causa litis incipit a die discessus.
6 Tempus Indultis non residendi ex causa litis incipit a die discessus.
7 Canonici absens cum licentia ad hoc ut non lucratur fructus sufficit credulitas quod licentia suffragare deberet.
8 Canonici habens etiam dignitatem si discesserit ex causa litis super dignitate consequitur fructus etiam Canoniciatus.
9 Exceptio probari debet per allegatum.

D E C I S I O XXVI.

In Decisione edita coram me sub die 21. Februarii superioris anni conclusum fuit favore Hieronymi sententiam de partibus Hispaniarum Nuncii, ac geminas in Tribunali nostro bo. me. Benincasa, & R. P. D. mei Prioli super restitutione per Capitulum illi faciendae fructuum tam Archidiaconatus in Cathedrali Ecclesia Calaguritana de num ab anno 1662. permutati cum Francisco fratre, quam etiam Canoniciatus in eadem Ecclesia cum dispensatione Apostolica retenti, sub eo tamen modo, quod a Capitulo defecere compertum fuissent debita licentia abfendendia, praefatusque Hieronymus actu non interfuisset Regiae Cappellae, contra quam resolutionem concessa nova auctoribus coram me ordine DD. in pluribus partium concisionibus examinate peritum fuit in resolutis quoad conformitatem sententiarum satis resultante ex firmatis in decisione, quae revidetur §. Conformitas enim.

Quin in alio aliquo turbet quod earundem sententiarum iustitiam cum de validitate quaestio non emergat, repetita exceptio quod licentia abfendendi pro aliquo, & considerabili tempore deficiat, postquamque ab ordinario incontinenti concessa nullius sit roboris. Etenim insequentibus hodie PP. distinctionem trium temporum alias factam primum incepti a die 13. mensis Julii 1662. & terminati ad mensiem Febr. 1667. secundi a d. mensie Febr. 1667. usque ad diem 13. Novemb. 1671. qua Hieronymus

possessionem Archidiaconatus recepit tertii, denique exorti a praerata die 13. Novemb. & finiti ad totum annum 1678. pro quibus tantum dictus Hieronymus pro nunc fructuum restitutionem expostulat, in comperto habuerunt exceptis nonnullis, ut infra, diebus, vel adtori licentias assistere; seu eundem excusare bonam fidem, & credulitatem, aut referunt praeratum Regiae Cappellae.

Respectu liquidem prioris temporis, ut supra incepti die 13. Julii 1662. fructus Archidiaconatus ad mensiem Febr. 1666. adeptae possessionis per Francicum Permutatarium debiti videntur permutanti, cum ille per rem iudicatam reintegrari obtinuerit ad Archidiaconatum, sicut nullitate permutacionis, & reintegratus diei non possit nisi recuperatis fructibus iuxta Theoricam Bald. in rubric. C. de fruct. & lit. expens. quam sequuntur decisiones huius Causae nempe coram bon. mem. Ronidino 6. Aprilis 1665. §. Distinguentes etenim in fine cor. Reverend. Heronah 23. Junii 1688. §. primo in quibus etiam responderunt particulari statuuto istius Ecclesiae disponenti resignantem Beneficium etiam residentem reputari pro praesenti usque ad solum diem praesenti consensu, quasi quod per praesentationem istius resignans amplius fructus lucrari non valeat, nam permutatio, seu resignatio, de qua agitur est nulla, & invalida, & pro tali declarata quae habetur pro non facta.

Pro subsecquenti insuper biennio fructus Archidiaconatus ex pari ratione sunt Adtori restituendi, non attenta opposicione retentionis per Capitulum promoti, quo vigore d. statuti fructus primi, & secundi anni novi provisi post eius mortem reservantur, nam his non agitur de nova provisione quia permutatio declarata fuit nulla, adeo ut antiqua provisione aliter permutans possessionem Archidiaconatus reacquisiverit sicut advertunt supracitatae decisiones huius Causae fructus Canoniciatus pro hoc primo tempore Hieronymus etiam consequi debet detractis ut supra triginta quinque diebus, dum ipse partium personaliter Ecclesiae interfuit, partimque per medium coadjutoris nimirum a die 17. Martii 1665. ad diem 7. Februarii subsecquentis anni qua iste supervixit, demumque tanquam Cappellanus honoris interfuit Cappellae Regiae Catholicae quod servitium lucrari fructus Canoniciatus etiam in absentia firmant decisiones bon. mem. Benincasa §. Decembris 1691. §. ceterum haec omnia R. P. D. mei Prioli 1. Julii 1693. §. verum quod, & 8. Febr. 1694. §. majoribus ponderis, & ultima quae revidetur §. tum ex quo Quamvis durante hoc tempore servitii Regiae Cappellae petuisset Hieronymus licentiam a Capitulo ex causa litis abfendendi, nam non exinde elicitur servitium non fuisse praesentum, neque probatum ex fide secretarii eiusdem Regiae Cappellae cum licentia ad abundantiore cautela peti potuerit, quae obtinenti in aliquo non praesentat ad Text. in l. testam. C. de testam. Gabr. cons. 92. n. 7. lib. 1. Rota in rec. decis. 173. n. 2. cum seq. par. 7. dempstitamen ab hoc primo tempore ad triginta quinque diebus, quo quibus uti concorditer admittitur nec Hieronymus, nec coadjutor residit, neque ille regiae Cappellae interfuit.

Quo vero ad secundum tempus ut supra distinctum sumens initium a mensie Febr. 1667. terminatumque ad diem 13. Novembris 1671. qua Hieronymus possessionem Archidiaconatus adeptus fuit, non potest denegari restitutio fructuum Canoniciatus ad ultimam diem anni 1667. cum de fructibus Archidiaconatus tanquam perceptis a Francisco Permutatario non sit cum Capitulo contentio, eo quia perduravit antedictum servitium Regium sicut eadem partes admiserunt. Pro reliquis vero annis huius secundi temporis, licet deficiat hoc servitium Regium nihilominus Hieronymus tres habuit licentias abfendendi ex Causa litis, & lucrandi fructus in absentia, duas nempe obtentas a Capitulo, alteram die 10. Julii 1667. duratam ad biennium, & duas menses ad formam Statuti Ecclesiae, ac alteram ex causa Infirmatit hoc interim superventae in Villa Soletii ad mensiem Martii 1668. & tertiam a Sac. Congregatione Concilii pro biennio inceptum a die 21. Februarii 1671. Absque eo quod ab utraque licentia Capituli ad dictam Sac. Congregationis Concilii considerabile tempus intercesserit quoniam praemissio primam licentiam Capituli licet concessam sub die 10. Julii 1667. attamen non debere incohare ab hoc tempore datae, sed a die discessus sequenti de mensie Septembris eiusdem anni, ut exemplo similibus licentiae concessae ex Causa studii, quod exordium sumet a die qua Beneficatus stude-



re incipiat ponderat Pax Jord. tom. 2. de re benef. lib. 10. tit. 40. de obligat. benef. m. 136. Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 64. n. 8. Quodque etiam cum statim & de eodem mense discussus in Villa Solesti Hieronymus in infirmitatem incidere, eaque dura verit ad mentem Martii 1668. prout ex fide Medici eam plenè probantis ad Text. in l. septimo 6 mense in rec. dec. 238. n. 10. per 9. hoc tempus infirmitatis subducendum sit à dicto licentia termino, cum ex illius causa Hieronymus aliam licentiam à Capitulo impetrauerit.

In necessariis consequens emergit, quod prior licentia Capituli ex Cauſa litis pro biennio, & duobus mensibus tanquam incohata de mense Septembris 1667. statimque suspensa ex Cauſa relatæ Infirmitatis per totum mensem Martii 1668. cum reuincaperit mense Aprilis subsequenti terminavit de mensæ Mài 1670. à quo ad diem 21. Febr. 1671. concessæ licentiæ à Sac. Congregat. Concilii licet deficiant octo circiter menses cum 20. diebus nulla adeit abessendi licentia nihilominus debentur etiam pro hoc tempore Hieronymo fructus, cum petierit à Capitulo prorogationem præcedentis licentiæ, ut eandem denegando non possit illud ex propria contumacia lucrum reportare juxta firmata per Roca in prima dec. bo. me. Benincasa §. multo minus: & in prima R. P. D. mei Prioli §. hoc obiectum circa finem.

Postremo, quod attinet ad tertium tempus incæptum à die 13. Novembris 1671. & expiratum in fine anni 1678. perperam Capitulum Hieronymo contendit restitutionem fructuum, eo quia ad totam diem 21. Febr. 1673. duravit d. licentia Sac. Congregationis Concilii ad biennium præcedenter concessa die 21. Febr. 1671. non subsistente exceptione terminationis litis hoc interim sequuta: & in eadem licentia pariter pro termino apposito, nam licet Hieronymus declarari obtinuerit nullitatem permutationis sui Archidiaconatus, non tamen exinde cessavit lis, quousque restituti non fuerint fructus illius, ut obiecto plenè respondent decisiones hujus causæ nempe coram bon. me. Benincasa §. Decemb. 1691. §. nec quidquam afficit, & 20. Junii 1692. §. fin. cor. R. P. D. mei Prioli 1. Julii 1693. §. Hoc obiectum, & illa coram me, quæ revidetur §. respectus vero. Pro annis subsequentibus hujus tertii temporis Hieronymus habet licentiam abessendi ex causa hujus litis si-

bi ab Ordinario indefinitè concessam, contra cuius validitatem, & subsistentiam frustra in proposito se opponit Capitulum, nam satisfuit ex hac licentia inductam fuisse in Hieronymo bonam fidem, & credulitatem licentiam hujusmodi sibi suffragari ad hoc ut fructus amittere non possit juxta Gloss. in cap. inter quatuor ver. sine justa causa, ibique Hostien. sub n. 2. de Cleric. non residen. Hurtad. de res. dem. l. 1. ref. 13. n. 14. & ponderat decisiones hujus Cauſæ nempe prima bo. me. Benincasa §. accedente, & secunda §. final. ac cor. R. P. D. mei Prioli prima §. demum, & secunda §. neque privilegium. Potissimè quia sub exordio anni 1675. reasumptum fuit servitium Regiæ Cappellæ, prout ex fide Secretarii illius, non urgente, quod multoties per breve tempus redierit ad Civitatem Calaguritana tunc suffragatur licentia Ordinarii, ut supra indefinitè concessa.

Premiſſis neque aduersatur duplex generalis exceptio, non quidem prima, quod licentia præcitatæ abessendi Hieronymum non iuvent pro Canonatu à præbenda Archidiaconali super qua dumtaxat cadit lis prorsus distincta, eo quia sicuti Hieronymus residendo in Archidiaconatu Canonatus fructus lucrari potuisset, ita distentibus pariter dici debet pro Canonatu, ob impossibilitatem alias prænotatam, quod quis propter assistentiam litæ præstandam in longinquis partibus legitime possit abesse uti Archidiaconus, & adhuc debeat adesse pro servitio Ecclesiæ tanquam Canonicus, ut originaliter docet Navarr. in cons. 14. tot. de Cleric. non resid. quem plures sequuntur allegati in add. decisionibus hujus Cauſæ nempe in prima à §. Quoniam præmissis, & in secunda à §. & quousque coram bon. me. Benincasa, ac in prima à §. Nec talis, & in secunda §. cum seqq. coram R. P. D. mei Prioli, & in dec. que confirmat §. Minus refragante, itaque fuit resolutum in hac eadem Cauſa per Sac. Congregationem Concilii, ut in relatis decisionibus.

Minusque altera quod fructus ad quorum ut supra restitutionem condemnatur Capitulum, dici debeant soluti, nam super hoc pendet particularis disputatio, & jam paratum fuit dubium, & tanquam exceptio per Capitulum proposita ad idem spectat probato ad Text. in leg. qui accusare C. de addendo coram Coccin. dec. 500. n. 4. Et ita omiſſis aliis levioris ponderis conclusum fuit, utraque &c.

Finis Decisionum Libri XIV.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ  
DECISIONES  
RECENTISSIMÆ,  
SUPER MATERIA  
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS  
ET  
SUM. PONTIFICUM  
CONSTITUTIONES  
AD  
RELATIONEM CURIÆ ROMANÆ  
CARDINALIS DE LUCA

In præstantissimo ipsius  
Theatro Veritatis et Justitiæ  
Amplēctentes, confirman tes, laudantes, &c.  
LIBER XV.